Etina habuit eretæ, & audiæ sunt plures Ecclesiæ Archiepiscopales, & Episcopales, & Parochiales, ut omnes Historiæ testantur, & experientia docet, cum ante Religio Benedictina haberet 37000. Abbatias, (D) 14000. Prioratus, & 15000. millia Conuentus Sanctorum, nunc autem penè ad nihilum, comparatiue ad pristina redactæ sunt, & sic debet censeri, quod Religio Benedictina, nullomodo comprehensa est in dicto capitulo, nuper, nec in eius ratione, & consequenter, omnia quæ solent arguere contra priuilegia Regularium, ex eo quod tunt præjudiciales Clero exemptiones collatae Regularibus de prædijs, si anteā erant decimalia Clero, & argumenta defumpta ex capite suggestum de decimis, & alia huiusmodi cestiant propter specialem rationem iam dictam in Religione Sancti Benedicti, de cuius opibus, & magnitudine locupletatæ, & multiplicatae sunt Ecclesiæ Dei in tot Archiepiscopatibus, Episcopatibus, & Ecclesijs Parochialibus.

426 Nec prætereundum censeo hoc exemplificare, nam certum est, quod sicut Benedictini aliquando de nouo adquirunt, & possident prædia, de quibus antea soluebantur decimæ; ita multoties, & frequentius alienant, tam nouiter acquisita, quam antiquitus possessa, de quibus non soluebantur, & pluries Clerus, & Laici per exemptionem, vel alios titulos habent possessiones, de quibus soluebantur decimæ Benedictinæ, & postquam huiusmodi titulis translata sunt dicta prædia, transiunt ad Clerum, & eis fruuntur, vel Parochus pro munere suo, vel Ecclesia ad sui sustentationem, vel ipsi Laici si transierunt ad illos cum onere non decimandi, ut testatur experientia in censibus, vulgo foros, & in alijs multis emptis à Religione Sancti Benedicti.

Et quid immoror hoc exemplificare in hoc Monasterio Sancti Ioannis Regalis Burgensis, in quo certum est, quod multa prædia, de quibus non soluebantur decimæ propter rationes dictas, & priuilegia, quæ illi assi- stunt, ad Clerum translata sunt, vel iniuria temporum, vel virgente necessitate, vel alijs de causis, ut videre est in loco de Pampliega, de Sotragero, de San Pedro de Samuel, de Castro de Vrdiales, & de Monasterio Sancti Ginesij, & de alijs Monasterijs antiquissimis in alijs locis sitis, & his nouissimis temporibus in loco de Villamiel, quod est valde proximum loco de Alvillos, super quo est litigium de prædijs acquisitis per donationem.

427 Et obserua quod hic casus; scilicet, quod Benedictini se alienent propter huiusmodi causas à prædijs proprijs, & consequenter in utilitatem decimacionis ad fauorem Cleri, licet anteā essent decimalia ad fauorem Religionis, & non Cleri, non est admiratione dignus, neque conqueritur Clerus, si autem Benedictina Religio aliqua prædia adquirit aliquo titulo iusto, quamvis habeat ius antiquissimum ad sui fauorem, & priuilegia, simul cum requisitis de iure, & cum omnī ratione excogitabili, hoc impugnandum est, hoc argendum est in iudicio manutentionis, licet præcesserit possessio in habitu, & in actu, de quo num. 267. hoc prosequendum est in iudicio possessorio, & omni possibili modo, usque dum priuetur iure, & actione, & ratio-

ne,

ne, & priuilegijs, quibus falcita est, & hoc æquitatis ratio non patitur.

428 Et hoc probatur ex duplice capite, & principijs iuris primum, quia nihil est perpetuum sub sole, & est indispensabile, quod terræ, & possessiones frequentissimè transeant ad alios posse flores, post transcursum centum annorum, & ideo inuentum est à iure remedium subrogationis, quæ est efficax ad tribuendum effectum necessarium, ad conseruandum iura, prædia, & possessiones, & priuilegia antiqua, & cum omni proprietate substantia, & qualitate, de quo num. 273. & 151. Quomodo ergo stabunt firma, & in eodem antiquissimo situ, & possessione prædia Sancti Ioannis à 600. annis?

Aliud principium est ortum ex iure naturæ, nam si Clerus ex una parte habet possessiones, quæ sunt decimales sibi ex prædijs, quia sunt propriæ Ecclesiæ, & assignatae ad sui congruam sustentationem, de quibus numer. 20. & 24. & seqq. & ex alia parte prætendit ius contra prædia, quæ sunt propria Benedictinorum (& consequenter non decimalia ad fauorem Cleri, ex eo quod sunt deputata ad sui congruam sustentationem) si transiunt, ut transierunt ad Sæculares, ut soluant sicut solunt decimas ad fauorem Cleri, sequitur quod prætentant, non solum quod ius suum seruetur illætum, sed etiam quod lèdatur ius Benedictinorum, cum semel translata prædia ipsorum manent, sine recompensatione, & nullomodo est iustum, quod aliquis locupletetur cum iactura alterius, contra illud præceptum iuris naturæ, quod tibi non vis alteri ne feceris; & consequenter, quia hoc Monasterium Sancti Ioannis iniuria temporum, & alijs de causis plura prædia, & Ecclesiæ alienavit se, ut sint decimalia ad fauorem Cleri, ut vidi mus iustum est, ut in hoc litigio super decimas de Alvillos recipiat aliquam recompensationem, præsertim cum hoc ius venerit illi ex donatione, & similiter hæc prædia, super quibus litigium aliquando fuerint propria Religionis Sancti Benedicti, & Monasterij Sancti Petri de Charadigna, quod non obscure colligitur ex instrumento donationis, & ex eo quod in signum directi dominij soluit illi annum censem perpetuum, & certa res est, quod prædia si aliquando fuerint Religionis Sancti Benedicti, sine obligatione decimandi, & ad ipsam reuertuntur, & recuperat possessionem earum licet antea essent, vel fuerint decimalia ad fauorem Cleri redeunt ad ipsam Religionem, sine onere decimandi ad fauorem illorum quibus antea erant decimalia, quod constat ex citatis in margine. (E)

429 Secundum fundamentum breue est, de rigore iustitiae est, quod priuilegium fundatum in Decreto Concilij Generalis Constanciensis, habeat paratam executionem, sicut omnes litteræ Apostolicae illam habent, de quo num. 408. latè, sed sic est, quod Religio Benedictina Hispana habet priuilegium Benedicti XIII. (F) quod nihil aliud continet, nisi exemptionem decimalum de prædijs acquisitis, & acquirendis, & approbatum à Concilio Generali Constanciensi, & consequenter cum derogatione cap. nuper de decimis, ut

(E) Bullarium authenticum  
Cisterciens. 1. part. priuile. cl 9. de  
Honorio III. que trata de esto ex  
presente.

(F) Pro Bulla Benedicti XIII.  
Vide n. 123. Ibi constat esse ap  
probatam interalias a Synodo Ge  
nerali Constanciense sess. 22. (P)  
sess. 36.

constat ex num. 123. & alibi, ergo hoc priuilegium exequendum est, & consequenter protegendum, tam in iudicio manutentionis, quam proprietatis.

430 Tertium fundamentum est, quia ubi datur casus legis, non est opus maiori iustificatione, nec de ille dialecticandum, sed hic casus super exemptione decisum: an scilicet, Religio Benedictina sit per iudicialis Clero, in acquisitis, & acquirendis praedijs ad fauorem Benedictinorum est decisus in Concilio Generali ad fauorem Cluniacensem, de quo num. 103. & in Concilio Generali ad fauorem Casinensem, de quo n. 380. ergo Religio Sancti Benedicti non eget maiori iustificatione, nec de illo est dialecticandum, & consequenter, neque hoc Monasterium ampliori probatione eget, cum sit particeps participatione identissima omnium priuilegiorum Ordinis Sancti Benedicti Casinensem, Cluniacensem, & Cisterciensem, de quo numer. 116. & 382. & seqq.

431 Quartum fundamentum, priuilegia Pontificum, quæ continent expresse, & specificè exemptionem decimarum, tam de acquisitis, quam de acquirendis, cum derogatione cap. nuper per expressum formaliter, vel per expressum & qui pollenter, eodem modo censerit debent, & habent eundem valorem ad tribendum effectum exemptionis, praesertim si simul habent ad sui corroborationem sententiam Rotalem circa ipsum priuilegium, & circa subjectam materiam, & etiam Decretum confirmatum cum concessione de novo, & alijs clausulis preservatiis, ut non possint aliter interpretari, nisi ad sui fauorem, sed Religio Benedictina habet priuilegia plurimum Pontificum, quæ continent, expresse, & specificè exemptionem decimarum, tam de acquisitis, quam de acquirendis, cum derogatione cap. nuper per expressum formaliter cum Cisterciensibus, vt num. 107. & 385. & per expressum & qui pollenter cum Casinensis, vt num. 383. & alibi, qui habent ad sui corroborationem sententiam Rotalem, circa ipsum priuilegium, de quo num. 346. & sequentiem, & circa subjectam materiam, de quo num. 405. & etiam habent Decretum confirmatum, & concessum de novo cum clausulis preservatiis, ut non possint, aliter interpretari, nisi ad sui fauorem, vt num. 116. & 113. ergo sic censerit, & iudicari debent, & consequenter debetur Religioni Sancti Benedicti ex iustitia exemptio ad non soluendas decimas de praedijs acquisitis, & acquirendis.

432 Quintum fundamentum, priuilegia, quæ habent dictam exemptionem ad acquisita, & acquirenda prædia, si simul habent adiunctam qualitatem, quod sint collata propter obsequia non solum, quæ concernunt utilitatem Ecclesie in spiritualibus, sed etiam concernunt libertatem, dignitatem, autoritatem, maiestatem Pontificum in Secularibus, & temporalibus seruari debent illæsa, vt num. 157. sed Religio Benedictina praestitit obsequia, quæ concernunt non solum ad utilitatem Ecclesie in spiritualibus, sed etiam quæ concernunt ad libertatem, & dignitatem, autoritatem, maiestatem Pontificum in Secularibus, & temporalibus,

bus, ut num. eodem latissimè, ergo illæsa, & illibata debent manere eius priuilegia.

433 Sextum fundamentum, priuilegia ex contra-  
etu oneroso pecunia non solum sunt irrevocabilia, sed desinunt esse merè priuilegia, & transeunt ad naturam contractus, & requirunt compensationem, præsertim si habent tractum successuum, & quotannis soluitur census annuus, assignatus tempore concessionis in signum libertatis, & exemptionis collatæ, ut num. 32. & num. 111. sed Religio Benedictina habet sua priuilegia ex contractu oneroso pecunia, & cum tractu successu à tempore Eugenij IIII. usque nunc quotannis soluant annum censem ab ipso præfixum in signum libertatis, ergo non solum sunt irrevocabilia, & desinunt esse merè priuilegia, sed transeunt ad naturam contractus, & requirunt compensationem, & consequenter debet iudicare ad fatorem illius, & parificari potest in priuilegio Bullæ Cruciatæ, quæ soluitur quotannis.

434 Septimum fundamentum, priuilegia, quæ continent exemptionem decimarum, & ad sui obseruationem habent annexam virtutem sanctæ obedientiæ, & alias poenas contra Prælates, & eorum Vicarios infringentes hanc exemptionem decimarum debent obseruari, & in iudicio manutentionis illibata seruari, sed Religio Benedictina habet priuilegia decimarum participata cum his circumstantijs, ut num. 107. & seqq., & cum participatione identissima, ut num. 385. & seqq. ergo debent seruari illibata in iudicio manutentionis.

Et pro hoc iudicio manutentionis etiam facit deducatum ex eo, quod Religio Benedictina fundat ius suum in priuilegijs Pontificum, & Decretis Conciliorum iam dictum, & in possessione, quam habebat ante incepitam littem super decimas non soluendas in loco de Alvillos, de quo num. 409. & seqq.

435 Octavum fundamentum est desumptum ex immemoriali per enuntiationes Pontificum, nam certum est hanc probationem esse legitimam in iure, & constat ex num. 235. & seqq. & ex ibidem citat. & similiter ex sententia ad fauorem huius Monasterij Sancti Ioannis Regalis Burgensis, super iurisdictione priuatitua ad D. Archiepsycopum, & omnes alios, ut num. 184. & alibi, sed Religio Benedictina habet priuilegia Pontificum, in quibus enuntiatur immemorialis præscriptio, & posselsio decimarum ab antiquo tempore, ut numer. 236. & seqq. late, ergo probata manet exemptio decimarum pro Benedictina Religione, & haec est probatio probata, ut dicunt DD. iuxta quam debent iudices profere sententiam, ut num. 186. & 55.

436 Nonum fundamentum est, quia priuilegia decimarum, quæ sunt petita, & impetrata ad instantiam Regum pro bono sui Regni, & cedunt in utilitate in ipsorum Regum, & pauperum, & peregrinorum, & ut uno verbo dicam in utilitatem publicam omnium sunt irrevocabilia, & verba dictorum priuilegiorum extendi dehebit secundum significationem possibilem, de quo Authores Speculum priuile. disp. 4. scilicet. 2. num. 35. etiam si cedant in præiudicium tertij, maxime si illud præiudicium sit solum secundum lus commune, ut num. 374.

& alibi, sed priuilegia Benedictina, & inter i*la decima*-  
rum sunt petita, & impetrata ad instantiam Catholico-  
rum Regum pro bono sui Regni, quale est Reformatio  
Regularium, & sunt concessa intuitu Regum quiescen-  
tium in Monasterijs Benedictinis, & ad suffragium ip-  
forum, ut num. 249. & 281. & cedunt in subuentione  
pauperum, & peregrinorum, ut num. 27. & alibi, & in  
reparationem Monasteriorum, ut num. 112. in quibus  
maxime elucet commodum publicum omnium; in eis  
enim celebrata sunt quam plura concilia, ut historiæ  
testantur, educati infantes Regum, Reginæ inclusæ, hos-  
pitati Archiepiscopi, & Episcopi, & alijs Prelati, recep-  
ti Clerici pauperes, præsertim peregrini, & multitudo  
pauperum, præsertim in oppidulis, quibus sunt vicina  
Monasteria Benedictinorum, & multoties deseruiunt  
in exteris Nationibus, ut præsidia bellica aduersus ho-  
stes fidei, ita ut nullus fidelium abscondat se à charita-  
te, & calore Spiritus Sancti, quæ semper lucet in Reli-  
gione Sancti Benedicti, qui quasi Sol refulgens, sic ef-  
fulsit in Templo Dei: ergo priuilegia illi, & eius Reli-  
gioni concessa sunt, & debent esse irreuocabilia, & de-  
bent secundum ea iudicare Vicarij, & alijs Iudices,  
etiam si cedant in præiudicium tertij, iuxta Ius com-  
mune in fauorem Clericorum, nam & ipsi aliqualiter  
participant hanc utilitatem communem.

437 Decimum fundamentum est, quia priuile-  
gium quod continet alias exemptiones præiudiciales  
tertio, & inter illas exemptionem decimarum de-  
bet subsistere etiam quoad illarum immunitatem, si il-  
lud priuilegium habet pro se sententiam manutentio-  
nis, & est practicatum, & fulcitum executorialibus  
quoad alias exemptiones præiudiciales, ut num. 353.  
sed priuilegium quod exhibetur, & est Eugenij III. &  
est præsentatum pro Religione Benedictina continet  
alias exemptiones præiudiciales tertio, & inter illas  
decimatum, ut num. codem, & habet pro se manuten-  
tionis sententiam Rotalem, ut num. 346. & 111. & ali-  
bi, & est practicatum, & fulcitum executorialibus  
quoad alias exemptiones præiudiciales, quales sunt  
iurisdictio priuatiua Ecclesiarum Parochialium, de  
quo num. 353. & liberatio ab onere solutionis promu-  
nere visitationis, & ab illo, ut num. codem, ergo huius-  
modi priuilegium Benedictinæ Religionis debet sub-  
sistere etiam quoad immunitatem decimarum, & con-  
sequenter licet non haberet illud Congregatio Hispana  
Benedictina per insertionem, & registrationem, &  
alijs de causis, ut num. 111. de participatione identissi-  
ma non potest dubitari.

Confirmatur, & explicatur, non minus exemptiones  
præiudiciales prædictæ sunt contra Concilia Genera-  
lia, & statuta iuris, & ideo requirunt specificam deroga-  
tionem, de quo DD. quam exemptio decimarum est  
contra Concilium Lateranense Generale, & cap. nu-  
per, quod ideo requirit specificam derogationem modi-  
dicto num. 344. & tametsi priuilegium Benedictinum  
prædictum contineat dictas exemptiones præiu-  
diciales sententiatum est pro Benedictinis, & execu-  
tioni mandatum est, ergo etiam sententiari, & execu-  
tio-

438. Et licet alia sint fundamenta, & alia administrativa, praesertim illa, quæ loquuntur de fundatione Regia, & assignatione prediorum ad perpetuam sustentationem Monachorum Sancti Ioannis Burgensis, qui debent hic semper consuetari, ex donatione Regis Alphonsi VI. & quod illi cooperati sunt ad hanc conservandam, & quod illis debetur subrogatio propter haec obsequia, & alia deducta num. 272. & 263. & alibi, & similiter alia, quæ suffragantur propter immediatam subjectionem, & protectionem Sedis Apostolicæ, cum omni rigore iuris cum commissionibus, & sententijs Apostolicis, de quo num. 124. & 126. & alibi saepissime, & late, tamen de his omnibus supersedeo in hoc sumario Memorialis Defensorij in initio memorati, ut breuitati studeam.

Sed nullatenus possum habere me excusatum, ut ostendam quomodo nihil obstante obiectiones, quæ communiter solent opponi contra priuilegia Regularium, sed si recte inspiciantur solutiones, quas exhibeo, manebunt obiectiones contrariae dissolutæ, non solum incommuni, sed in particulari pro Benedictina Religione.

439. Prima est, quod est necessaria derogatio specifica cap. nuper haec ex decisionibus nouissimis est obiecta num. 343. sed ex alijs decisionibus nouissimis memoratis contrarijs, satis distœ obiectio, & singulariter pro Benedictinis num. 346.

440. Secunda obiectio est, de communicatione priuilegiorum, & quod est necessaria communicatio specifica exemptionis decimarum, de quo num. 350. cum fundamentis contrariorum fortiter propositis, sed respondetur ex nouissimis decisionibus, quæ explicant quomodo intelligenda fundamenta contraria ipsis allegatis, ut num. 351. & singulariter pro Benedictina respondetur, quod non currit, neque hoc procedit, ex eo quod habet communicationem in genere, & in specie, & in individuo, & identissimam cum circumstantijs Reformationis, & aggregationis ad eundem modum viuendi, & insertionis priuilegiorum, & registrationis, ut num. 352. & 383. & alibi, & his concurrentibus cessat omnino obiectio communicationis proposita, praesertim si habet pro se executoriales in alijs materiaj, ut dicebamus.

Tertia obiectio desumpta est ex cap. suggestum de decimis, & alijs textibus, ex quibus deducunt DD. quod si priuilegia Regularium incipiunt esse per iudicia Parochis cessant priuilegia, de quo Authores, ne veniat diminutio Ecclesiarum.

441. Sed vera solutio in communi huius obiectio-  
nis est, quod cum bellum sit iustum ex vtraque parte, si instat necessitas, nam Regulares se tuerint priuilegijs Pontificum, ut non soluant decimas, & Pontifex cum concedit priuilegia decimarum bene scit illa esse præ-iudicia Parochis, & consequenter sunt valida, de quo num. 59. & alibi, & Parochi se defendunt hisce tex-  
tibus dicendum est, quod textus isti solum urgent non  
absolute, sed quando defunt necessaria ad sustentationem Parochi, quod quando instet necessitas difficultum est probare, vnde ad Dominum Papam, cui in-  
cumbit prouidere de congrua sustentatione Parochi,

sicut etiam illi incumbit protectio, & interpretatio  
suum priuilegiorum pro Regularibus (maxime si  
etiam ipsi Regulares se defendant dicendo, quod in  
virtute decimatum, quam habent ex priuilegio Ponti-  
ficio, etiam ipsi sustentantur) tunc recurrendum est ad  
Summum Pontificem, qui vel interpretetur priuile-  
gium, vel vniat Ecclesiam pauperem alij, sive Sæculari,  
sive Regulari, & utrisque prouideat, vt pater summus  
omnium, de quo Authores maxime si se muniant Regu-  
lares sub subiectione immediata Sedis Apostolice, cum  
requisitis de iure, & sub immediata protectione Sum-  
morum Pontificum ex rigore iustitiae, quibus non licet  
renuntiare iuri acquisito, in vi dictæ subiectionis,  
& protectionis immediatae, quia dictum ius non tam  
est suum, quam Pontificis, de quo num. 253. hocque ma-  
gis urget in Benedictinis, qui non solum habent pro se  
dictam subiectionem immediatam Sedis Apostolice  
cum requisitis de iure, & immediatam protectionem  
dictam ex rigore iustitiae, sed etiam pro terris, iuribus,  
& possessionibus, & omnibus alijs, & hoc in vi proces-  
sus, & sententia iuridice ex delegatione Sedis Aposto-  
licæ, etiam ad non solutionem decimatum determinati-  
te, vt num. 125. & 126. & generaliter pro Casinensis in  
Bulla Eugenij IIII, vt num. 111. & specialiter de de-  
cimis pro Cluniacensibus, vt num. 243.

442 Sed licet in communi hæc fateant Regulari-  
bus, accipe duas solutiones pro Benedictinis; prima  
est, quia ipsis debentur decimæ, sicut Clericis commu-  
niter viuentibus ex iure, vt diximus num. 27. & num.  
390. latissime, & ita sicut Parochis debentur ex vi  
Iuris communis decimæ, si non impediuntur priuile-  
gijs exemptorum, ita Monachis debentur decimæ ex  
vi Decretorum Conciliorum Generalium ex suis præ-  
dijs acquisitis, & acquirendis, ex quo sicut Parochis, si  
non præpediuntur aliqua dispositione Pontificia de-  
bentur decimæ ex iure, & nemo potest litigium super  
hoc mouere, si non ostendit priuilegium Pontificum:  
ita Monachis, si non ostenditur aliqua derogatio iuris  
acquisiti, ex vi Decretorum Conciliorum Generalium  
debentur decimæ, ex suis prædijs acquisitis, & acqui-  
rendis ex eo, quod assignatae sunt ad sui congruam su-  
stentationem, cum pensione deseruendi utilitati pu-  
blicæ, & sic non sunt merè priuilegia, vt comprobatum  
est, ibidem.

443 Secunda solutio obiectio posite num. 440.  
specialis pro Benedictinis est, quod dictum caput sug-  
gestum de decimis, & alij textus allati non veniunt in-  
telligenda, neque habent locum, quando priuilegia  
transeunt, vel eonfirmantur interueniente pecunia, &  
super induunt naturam contractus onerosi, & exiunt  
naturam meri priuilegij, vt num. 280. & 32. & alibi,  
priuilegia, & aucta Religionis Benedictinæ contulsa, &  
confirmata autem sunt de novo interueniente pecunia,  
de quo num. 107. & 118.

444 Quarta obiectio est desumpta, ex eo quod de-  
cimæ sunt onus reale, & cum suo onere debent transfe-  
re, de quo Authores, & consequentes si antea erant de-  
cimalia Parochis, non posuerunt transfire ad Regulares.  
Sed hæc obiectio facilem habet solutionem ex expe-  
riencia, & comprobatur ex illo communi prologo,  
quod mutatione personæ mutatur qualitas decima-  
num,

rum, de quo n. 68. & 227. & 393. \* b. & alibi, & certum est, quod onus decimatum quas habet Parochus ex Iure communi non est fixum, sed variabile ad nutum Pontificis, à cuius voluntate pendent decimæ in fieri, & conservari, vnde sicut omnes tenentur dare decimas, nisi sit exemptus, ut dicitur in cap. nobis de decimis, ibi: *Cum igitur quilibet decimas soluere teneatur, nisi à præstatione ipsarum specialiter sit exemptus, ita si priuilegium decimatum habet expreſſè liberationem à decimatum solutione de prædijs iusto titulo acquirendis, extinguitur illud onus reale in prædijs, & variatur ad fauorem exemptorum cum talibus verbis, de quo Authores, & probatur à paritate tertiarum, quæ debentur Regis Coronæ, & comprobatur à Castillo dict. tom. 7. cap. 31. num. 15 & ſepiſſimè, in quo comprobatur, quod ius percipiendi tertias mutatur ratione perfonæ, quamuis antea non haberent illud onus, de quo etiam num. 404.*

445 Quinta obiectio eft, quod ifta exemptio decimatum eft præjudicialis Parocho, fed ifta obiectio non habet locum ex dictis in secunda obiectione, & illi nullum facit præjudicium. Pontifex concedendo priuilegium decimatum, quas habet Parochus de Iure communi, ſuper quod habet potestate vniuersalem, vt num. 34. & ſic Pontifex vtitur iure ſuo, de quo num.

374.

### §. XXXI.

*Appendix, quæ defideratur ad complementum eorum, de quibus num. 388.*

446 **Q**via in numero 388. obtulimus, quod ſi per tempus liceret, notaremus aliqua circa Bullam Clementis VIII. quæ tauet Congregationi Hispanæ Benedictinæ, & hucusque non video aliquid diſerte diſputatum, & assertum: ideo dico quod omnia, & singula priuilegia Cisterciensium in Hispaniarum Regnis, nullo excepto, licet diſſicilis confeſſionis communicata eſſe noſtræ Congregationi Benedictinæ Hispanæ, de qua quid ſentiendum verb. priuil. diezim. S. Benito in Repertorio.

Hæc aſſertio conformis eft Bullis Clementis VIII. quæ ſunt in noſtro Bullario authenticæ, & ſunt in num. priuilegiorum el 123. y 124. quæ quia paſſim circumferuntur ideo non traſcribo.

447 In his ergo Bullis notanda ſunt pro probatione aſſertionis illa verba: *Conceſſa priuilegia facultates, & indulta quæcumque, & quiliacumque ſint, quia propter ſuam generalitatem, vt tæpius diximus comprehendunt iubile, tam multitudinem, quam qualitatem omnimodam omnium, & ſingulorum priuilegiorum. Deinde formaliter notanda ſunt illa veroa, etiam per modum extensionis, & communicationis, tum quia particula etiam eft implicativa, & in ſuper eft extensiva, & ſtat augmentativa, & ampliativa, & duplicativa, vt diximus num. 344. tum etiam, quia illa verba priuilegia conceſſa ſimul cum priuilegijs, etiam per modum extensionis, & communicationis omnia priuilegia includunt, & nullum excludunt, nam modi habendi priuilegia, vel eft per confeſſionem, vel per extensionem, vel per communicationem, & idem eft dicere, & communicare omnia, & ſingula priuilegia conceſſa, & etiam per modum extensionis, & communicationis, ac ſi dictum eſlet omnia, & ſingula à minimo vique ad maximum, & e contra, ſeu quod idem eft, omnia generaliter, ſpecialiter, & particulariter, & ſic ex hac parte, omnia priuilegia Cisterciensium in dictis verbis comprehensa ſunt.*

347 Et ſimiliter notanda veniunt, quod Pontifex annuit petitioni Congregationis, quæ omnia priuilegia Cisterciensium nullo excepto continebat: ergo omnia clargita ſunt. Deinde illa verba: *Ac ſingulorum priuilegiorum gratiarum, & indultorum huiusmodi, vbi Pontifex reſpexiſſe videtur, non ad omnia, & ſingula priuilegia, vt ita dicam, collectiue, ſed ad ſingula diuerſiue, & singulariter, & expreſſe, & de illa clauſula huiusmodi, Barbos. de diſ. la 1; 8. vbi habet, quod hæc diſtio huiusmodi eft relativa precedentium cum omnibus ſuis qualitatibus, & tradunt Glos in cap. Abbate, & in cap. nemo, verbo Huiusmodi, de electiones, lib. 6. Felin. in cap. Apostolicæ, n. 3 in fine, vers. Quia diſtio, de exemption. Nauar. in cap. ſi quando rem 6. n. 5 de reſcriptis, Rebuff. in Comment. ad l. 1. verb. Huiusmodi stipulatione, ff. de verb. ſignific. Gonzalez ad regul. 8. Chancell. glos. 4. num. 4 Seraphin. decis. 388. n. 6. & decis. 606. n. 3. & 14. & decis. 624. n. 2. & fuit dictum in Romana legitima 8. Februario 1612. coram Coccin. imprefſa per Farina-*

cium decis. 373. n. 6. p. 2. recent. additque idem Barbos. ibidem n. 4. quod importat idem. ac si dicere tibi  
talis, ac talis leg. huiusmodi, ff. de l. Cardin. Thibucus pratic. concl. tom. 2. l. 2. D. concl. 287. n. 2. ubi  
n. 3. fer. leg. lenique. ff. de pignor. Cap. fin. de foro compet. lib. 6. subdit, quod similitudinem importat.

Quod amplius confirmant verba sequentia; scilicet, omnia, & singula supradicta priuilegia facultates, gratias spirituales etiam per modum communicationis, & extensionis, nam dictio supradicta, ut docet Barbos. de diction. la 396. ex Decio consil. 423. n. 5. tom. 2. Paris. consil. 1. n. 134.  
lib. 3. & ex alijs. Authorib. & ex Rota decis. 333. n. 3. p. 1. in post. Farin. alias p. 3. recent. ubi quod est relativa precedentium, & habet vim particularis expressionis, & decis. 206. num. 3. ibidem, ubi quod est repetitua precedentium qualitatum, ita respectiue, & relatiue ad omnia, quae supra dicta fuerunt.

348 Et in dictis Bullis haec obseruanda sunt: primum, quod eodem modo communicat omnia, & singula priuilegia Congregationis Regularis Obseruantiae S. Bernardi Ordinis Cisterciensis Regnorum Hispanie, ac communicat omnia, & singula priuilegia, & concessionis Monasterij B. Marie de Monserrato, & satis clare indicant illae dictiones tam, & quam, ut in leg. Sancimus, C. de testam. notant Surdus consil. 317. n. 16. & consil. 401.  
n. 12. Anton. Monach. Lucens decis. 58. n. 1. & Bonoman decis. 61. n. 51. significant enim equiparati, nem, & qualitatem quandam, Menoch. consil. 793. n. 2. & 23. & cum sint diuisi actum tribuant equaliter cuilibet enuntiatiue, idem Menoch. consil. 400. n. 9. sic transcribo ex Barbos. de diction. la 400 n. 1. & n. 6 qui subdit quod iste dictimes implicant casum magis dubitalem per ea, que surcus consil. 317. n. 17. & n. 7. prosequitur: Extendunt, ait, aliquando, vel tollunt dubitationem, que posse, et venire veluti si alicui concedatur priuilegium in omnibus, & per omnia prout habet talis, quae ex vi sua actum. equaliter tribuant utriusque copulatum.

Ex quo tale argumentum eiorno, priuilegia Cisterciensium sunt communicata eodem modo Congregationi, ac sunt communicata priuilegia Monasterij Beate Marie de Monserrato, sed haec sunt communicata, nullo excepto, & sine illa differentia, & identissima communicatione, ergo, & illa.

Quod amplius confirmatur ex verbis sequentibus, ibi: Quoniam delibet possunt, quorum tenoribus haberi volumus, &c. ubi dictio quoniam delibet, comprehendit etiam illa, que alias non comprehenduntur, ut vulgariter, & clausula vel volumus, nouum ius inducit, etiam contra ius, vt n. ac 9. de clausula etiam si talia sint, vel forent, que speci. dem, & individuali requirent mentionem, & seu particularem insertionem, vt n. 341. & 373. comprehendit sub se, vel ex parte, vel per equipollens omnia, etiam si sint difficultis concessionis, & contra Ius commune alterius, tum quia in derogatione, hoc importat; tum quia specialis, & individualia mentio, seu particularis insertioni nullomodo est necessaria, nisi pro priuilegijs in individuo, & pro his, quae speciali nota sunt digna.

Tum quia haec clausula adiuncta cum verbo volumus, facit hunc sensum; licet aliqua priuilegia, ex his, quibus gaudet Cisterciensis Familia Hispana, requirant de iure mentionem exprestam, seu insertionem, ex eo quod communicatio sine tali mentione expressa potest esse, vel reputari non bene firma, attamen ex vi noui iuris, & decreti, quod inducit verbum volumus, haec mentio expresa, seu insertioni requisita de iure in hoc priuilegio, non est necessaria; hoc enim supplemus in vi noui statuti, & si hunc sensum equipollente non facit dicta clausula, vere nihil operatur, ac si non esset apposita, quod est contra naturam priuilegi, vt n. 34. & n. 401.

349 Viterius obleruanda sunt illa verba, similiter perpetuo extendimus eisque perpetuo communicamus, nam dictio similiter, significat & equalitatem, & identitatem, ut per Crescen. decis. 41. de dolo, & contumacia, Alberic. in suo dictionario, verb. Similiter, Menoch. consil. 124. n. 60. & consil. 618. n. 9. ubi ait, quod significat idem, quod & equaliter. Seraphin. decis. 1384. n. 1. Anton. Monach. Florent. decis. 46. n. 5. & decis. 47. num. 13. similitudo namque teste Boccio super topicas Tullij, lib. 4. quem resert Ioannes Andr. in cap. non potest, de prebendis, lib. 6. est rerum singularium, Vel differentium comparatio, & secundum Bald. est diversis rebus eadem, vel similis qualitas. Ergo ex vi dictae dictionis similiter omnia priuilegia Cisterciensium nostrae Congregationi extensa perpetuo, & communicata manent, cum & equalitate, & identitate, & cum omni comparatione, etiam rerum singularium, & differentium, que in dictis priuilegijs sint, contenta cum ea le, vel simili qualitate.

Ex quibus omnibus, licet alia multa obseruari possent, quam legitimè assertum sit Benedictinam Hispanam Congregationem in gaudere priuilegijs Hispanae Cisterciensis.

Repite la protestacion que tengo hecha en el Defensorio de nouenos n. 89. y todo lo ofrezco, dedico, y consagro a nuestro glorioſissimo Padre San Benito, y su Santa Congregacion de Espana, como ya se ofrecio, dedico, y consagro en el Capitulo General, que se celebró el año de 1677 la qual con munificencia liberalissima socorro con quattrocientos ducados, para que saliesen a luz los Defensorios de las

DE CASTRO, hijo professo del Real Monasterio de San Juan de Burgos.

# INDICE DE LAS COSAS MAS notables, que se comprehenden en estos Defen- sorios. Es aduertencia, que las citas van por numeros, assi de lo textual, como de las citas de la margen.

## A

### Aniuersarios.

La Congregacion de San Benito, y el Monasterio de San Juan de Burgos cumplen muchos Aniuersarios por los Reyes, num. 261. Y su disposicion, y vunion de Monasterios para este fin, se hizo con consentimiento de Felipe Segundo, ibi. Y los fines que surtió esta vunion, num. 262. Los de la Religion de San Benito son perpetuos, y sus Monges Capellanes de los Reyes, num. 281. Son los Reyes intercalados en las erecciones de los Monasterios, que tienen Aniuersarios perpetuos, ibi. La causa de su perpetuidad, ibi. Las condiciones que han de tener, ibi. Y porque no ha de auer quota fixa en su dotacion, ibi. Quantos menos grauosos, son mas memorables, num. 272. Si por multiplicarse en numero, exceden en valor a los que son menos, n. 282.

### Argumentos à iure.

Ab æthimologia, num. 36. A verisimilitudine, n. 77. & 257. Ab inductione, n. 136. Ab historijs, num. 29. & n. 260. A subrogato, num. 263. & 272. A relativis, num. 368. & 61. A superfluitate, num. 371. A contrario sensu, num. 392. \*c. A Glosa, n. 394. \*e.

### Axiomas, principios de derecho Iuridicos, y Filo- soficos, Morales, y Logicos.

Non entis nullæ sunt qualitates, num. 9. Om isum pro omisso habendum est, &c. n. 12. Las palabras siempre se entienden en su propio significado, n. 15. Inclusio vnius est exclusio alterius, n. 22. Exceptio Regule firmat Regulam in contrarium in non exceptis, ibidem. Mejor es el titulo expreso, que no el tacito, num. 52. y 54. Contrariorum eadem est ratio, & disciplina, num. 61. Dos no pueden tener dominio de

vna misma cosa, num. 67. Las Historias hanzen fece en juicio, y fueran del, y que calidades han de tener, n. 69. De toto ad totum, & de parte ad partem, n. 128. Quod perpetuum est non limitatur tempore, n. 142. Quod meum est ex vna causa, ex alia causa meum fieri non potest, n. 143. Frustra precibus impetratur, quando quis suo iure uti potest, ibi. Priuilegium sua natura est perpetuum, n. 144. Duo in simul eandem rem possidere non possunt, n. 152. & 250. Una quæque res de facili redit ad suam natu-ram, num. 191. Lo originario es mejor, que lo originado, n. 193. La causa, que lo causa-do, ibi. Y nadie puede dar lo que no tiene, ibi. Verbis non est dialecticandum, n. 203. Adonde no ay negligencia, no ay pena, n. 209. Mutatione personæ priuilegium quo-que mutatur, n. 227. & 280. Si diuersa ratio redi non potest, diuersum ius induci non deber, n. 228. Eadem res, & eodem tenore, & tempore non potest diuerso iure censem-ri, n. 233. Singula, quæ non prosunt, colle-cta iuvant, n. 248. Qui nihil excipit, cum potuit, totum suum ius intelligitur alie-nasse, n. 250. Merito nostra facimus, qui-bus authoritatem nostram impartimur, n. 251. Taciti, & expressi idem est iudiciū, num. 252. Dare, & remittere paria sunt, n. 259. Subrogatum habet naturam subroga-ti, n. 263. Summa ratio, & sumum ius est, quæ pro Religione facit, num. 268. Fa-uores sunt ampliandi, ibi. Decet Principes liberales esse, ibi. Parum est priuilegia, & leges concedi, nisi sint, qui ea defendant, n. 278. Quaecumque assertio Principis suf-ficit ad iustificationem, num. 277. Sola im-mensitas est mensura rerum donatarum in Ecclesia, num. 281. Adificatio, & reparatio à pari iudicantur, n. 287. Äquiparatorum idem est iudicium, n. 305. Actor, & reus debent probare, quod asseuerant, n. 310. Verba generalia exprimunt in individuo idem, quod specialia, & quomodo, n. 344. Genus continet sub se species, ibi. Lex semper loquitur, n. 351. Non decet Pein-

epem esse varium, n. 362. Illius est soluerre, cuius est condere, n. 368. Omnis res per qualcumque causas nascitur, per eas dissoluitur, ibi. Expressè fictum æquiualeat expreso vero, n. 374. Iure suo qui utitur nemini facit injuriam, ibi. Eodem priuilegio utuntur membra, & caput, n. 381. & 377. Quod pars est, ut quos pars labor, paria que merita, & viuis societatis vinculum coniungunt, paria coniungant priuilegia, & fauores, ibi. Iudices debent iudicare secundum allegata, & probata, num. 390. Id possumus, quod iuste possumus, & è contra, id non possumus, quod honestè non possumus, n. 392. \* c. Sequentium rerum certitudo est præteritarum exhibitio, ibi \* n. Ab actu ad potentiam valet consequentia, ibi. Id possumus quod iuste possumus, & è contra id non possumus, quod honestè non possumus, ibi \* q. Casus exceptus firmat Regulam in contrarium, n. 394. \* c. Dispositio ad alias personas limitata limitatum producit effectum, ibi. Vbi eadem est ratio, eadem est iuris dispositio, ibi. Pontifex habet omnia iura in pectore, n. 395. \* c. Qualis quis appareret in sui figura, talis presumitur in sua essentia, num. 398. \* c. Nemo est, qui respuat aurum, n. 399. \* c. Verba in priuilegijs, & Bullis appositadebent aliquid operari, n. 401. Duæ contradictiones non possunt esse simul vere, num. 404. Vbi datur casus legis cessat omnis disputatio, seu dubitatio, ibi. Verba clara non admittunt interpretationem, nec voluntatis coniecturam, ibi. Potentius operatur natura subiectæ materiæ, quam proprij nominis expressio, n. 405. Letteræ Apostolicæ propter earum autoritatem, & excellentiam paratam habent executionem, num. 408. Vtius vnius partis confirmat priuilegium socrorum, n. 410. Cessante ratione legis ipsa cessat lex, n. 425.

## B

*San Benito, y su Religion con algunos Monasterios, o en comun, o en particular.*

A San Benito, y su Religion se le deue tongua, n. 5. Su obligacion, como el Clero en gastar el residuo de los Diezmos con los pobres, y goza igualmente de sus libertades, n. 25. Los textos Decimas 16. q. 1. nouum genus de decimis, y otros no están derogados para la Religion de San Benito, n. 27. Sus Monges fueron solos los Patrocos despues de la perdida de España,

ibidem. Sola esta Religion no se extinguio en dicha perdida, ibidem. Tiene por pension la hospitalidad, y socorro de los pobres, n. 28. Prefecten los Monges, como primeros nombrados en la immunidad de Diezmos al Clero, ibidem. Goza de la Bula de Urbano Segundo en orden a Diezmos con sus calidades, num. 74. Su exemptione es propia, y como nacida, n. 98. & 99. Priuilegios de San Gregorio el Magno para Diezmos, n. 100. y 101. Y la primera exempta en ellos, ibi. La Regla Santa está dictada por el Espíritu Santo, ibidem. El de Zacarias con su interpretacion, n. 103. Tiene la calidad de pacto oneroso, y de ser ius Clerigos, y Capellanes ad nutum amouiles, y de las heredades, aunque se labra por colonos, n. 104. Están confirmadas por Paulo Tercero, ibi. & n. 113. & n. 337. Caso raro en un Obispo, que pretendia quitar los Diezmos de San Benito, n. 105. Confirmanse cada año sus priuilegios por el pacto oneroso, n. 111. Otro priuilegio de Eugenio Quarto amplissimo en la exemptione de Diezmos, y Nouchos, num. 112. Motiuos de dicho priuilegio, ibi. Otro de Paulo Tercero con nueva concession, n. 113. Otro de Julio Segundo para la Religion de San Benito de España con sus motiuos, n. 114. Confirmacion de todos sus priuilegios por Alejandro Sexto con clauulas relevantes, n. 116. Y que los priuilegios particulares sean comunes a todos en general, ibi. Y que se interpreten en auiendo duda a fauor de la Religion, ibi. Otro de Gregorio XV. en razon de Diezmos, con todas las exemptiones que gozan todas las Congregaciones de San Benito, ibi. Otro de Leon Dezimo confirma todos los priuilegios con derogacion del Concilio General Lateranense, y de sus limitaciones, n. 117. Otro de Clemente Octavo, que concede, y confirma todos los priuilegios in genere, & in specie, & in individuo, y todos los Cisterciens, n. 118. & n. 448. Otro de Pio V. Clemente VIII. con pacto oneroso, ibi. Otro de Paulo Quinto simil, n. 119. Otro de Urbano Octavo con la participacion de los Cistercienses, num. 120. Esta sub immediata subiectione cum rigore iuris, y especial el Monasterio de San Juan, n. 122. Benedicto XIII. concede a la Congregacion de España los Diezmos en toda forma, ibi. Y la confirma el Concilio General Constantiense, ibi. Esta calificada esta Bula por commision Apostolica, n. 124. Sus priuilegios comprehendon la exemptione de No-

uenos, n. 129. No deue de pagar Diezmos, ni Nouenos a nadie, n. 136. Su exemption de tercias, y diezmos adquirida en tiempo habil, n. 139. Tiene en sus priuilegios las calidades de los priuilegios Reales, n. 163. Y quadran a la Religion de San Benito, n. 164. Sus priuilegios son obsequiosos para los Reyes en sus personas, y deuen preferir, n. 165. Su Religion es Pontificia, y Regia in simul, n. 166. Pruebase ser Pontificia, n. 167. Ilustra la dignidad Pontificia, ibi. Vn Pontifice suo libertó a la Silla Pontifical de tributo, ibi. Sus Pontifices adquirieron a la Iglesia muchas Ciudades, y Prouincias en lo temporal, ibi. Su Religion libertó las elecciones, y confirmaciones de los Pontifices, ibi. Coronauanse segunda vez en Casino, y porque? ibi. La autoridad Cardinalicia del Abad de Cluni en Roma, ibi. Sus gracias se hallan unidas, y aclamadas por Urbano Octauo, y son todas las que tienen las demás Religiones por singulares, ibi. Su Religion ha amparado a los Pontifices en sus persecuciones, y calamidades de la Iglesia, ibi. San Pedro entrage de peregrino dia de su fiesta se hallo en Casino, ibi. Goza del titulo de sal de la tierra, por auer desterrada la idolatria, ibi. El numero de los Pontifices que ha tenido, ibi. El vltimo Pontifice ha de ser Pedro, y Monge Benito, y porque? ibi. S. Benito es Reedificador con San Pedro, y San Pablo de la Iglesia Católica, ibi. Su Religion elige Cardenales de Roma, ibi. San Benito fue Aguila Imperial, y como: n. 168. Su Religion es Regia, y nació en cuna, y Palacios Reales, ibi. Los Reyes la edificaron Reales Palacios, que fuesen Monasterios, ibi. Sus Monasterios son en las soledades, y por esto Sepulcro de Reyes, ibi. Ha tenido muchos hijos Reyes, y otros Progenitores de Reyes despues de Monges, ibi. Don Alonso el Sexto Monge en Sahagun, y obedienciario de Cluni, a quien pagaua tributo? ibi. Los Monges de España son de la Familia Real, ibi. Y gozan de las exemptions de hijos de Reyes, num. 169. Y prefiere en la preeminecia a la Corona Real, ibi. La Bula de Urbano Segundo para los Reyes de Aragon, es a fauor de San Benito, num. 172. Confirmó todos los priuilegios Casinenses desde los primeros, ibi. Venia a celebrar la fiesta de San Benito, y los demás Pontifices a Casino, ibi. Y de su dolencia cura S. Benito al dicho Urbano, ibi. Confirma estos priuilegios Clemente Quarto despues del Concilio General Lateranense

Tercero, ibi. Goza de la prescripcion sexagenaria, n. 191. Y de la centenaria, ibi. & num. 113. & 334. Aplicase la diferencia del vso, y no vso de los priuilegios de Diezmos, y Nouenos, n. 221. & 334. Tiene asu fauor la immemorial por enunciaciones, n. 234. & 236. Es la misma Orden que la del Cister, num. 244. Tiene priuilegios Pontificios, y Regios para la exemption de Diezmos, y Nouenos, n. 249. Y se prueba por Bulas, ibi. Y tiene renunciaciion a su fauor de los Reyes Catolicos, num. 250. Y para su reformacion impetraron los priuilegios de Diezmos, y Nouenos, n. 252. Dicha reformacion fue grata a Julio II. ibi. Tiene Bula de patrocinio de Clemente III. que se le haze injuria a la Sede Apostolica, quando se haze a los priuilegios de la Religion, num. 253. De los priuilegios que tiene de los Reyes para Nouenos, su causa impulsiva fue con grauamen, y pacto oneroso, num. 253. & seq. Las concessiones, y donaciones que tiene de los Reyes, son de lo adquirido por las guerras, y por quales titulos? num. 264. Sus priuilegios son mas antiguos, que los de los Nouenos, ibi, & num. 139. & 240. Tiene la protection de la Sede Apostolica generaliter, & specialiter cum rigore iuris, num. 267. Su obligacion en sustentar los pobres, num. 268. Y a los Reyes la conservacion de sus priuilegios de los pobres, ibi. Tiene su Religion la Bula de Julio II. confirmada para las concessiones de los Reyes, y sus sucesores, num. 269. Sus Monasterios deuen tener rentas perpetuas, por no ser Mendicantes, num. 271. Y han de ser en tierras perpetuas, ibi. Tiene executoria para la exemption de Nouenos, num. 271. D. 1. San Millan fue parte para la restauracion de España, y las tierras de que se pidien Nouenos, num. 271. D. 2. Confirmase con la escritura del voto que se le hizo, ibi. Fauorecen San Benito, y sus Monges la conquista de estos Reynos, ibi. Con el braco de San Benito, y su Religion se ganaron las victorias de las Nauas, y Seuilla, y Granada de los Moros, num. 271. D. 4. Tiene correspondencia su Religion con lo santo, católico, valeroso, y perpetuo de los Reyes de Castilla, ibi. D. 5. Y en particular con San Pedro de Arlança, ibi. Con la espada, y con la pluma ha sido la destrucción de la idolatria, y cuchilla de la Morisma, ibi. D. 6. Reuela Dios, y porque la destrucción de España a San Benito, y su Religion? ibi. Su conservacion es el fin de los Reyes, num. 278. No se ha conocido

